173 α.Χ. Μαξιμίνος Θρᾷξ Ρωμαῖοι

Julii Capitolini Maximini duo ad Constantinum Aug.

H Julii Capitolini Maximini duo

Ne fastidiosum esset Clementiae tuae, Constantine maxime, singulos quosque Principes, vel Principum liberos, per singulos libros legere, adhibui moderationem, qua in unum volumen duos Maximinos, patrem filiumque, congererem. Deinceps hunc ordinem tenui, quem Pietas tua etiam a Tatio Cyrillo, clarissimo viro, qui Graeca in Latinum vertit, servari voluit: quod quidem non in uno tantum libro, sed etiam in pluribus deinceps reservabo, exceptis magnis Imperatoribus, quorum res gestae plures atque clariores, longiorem desiderant textum. Maximinus senior sub Alexandro Imperatore militavit. Militare autem sub Severo coepit. Hic de vico Threiciae, vicino barbaris, barbaro patre et matre genitus, quorum alter e Gothis, alter ex Alanis, genitus

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

esse perhibetur. Et patri quidem
nomen Micca, matri Ababa fuisse
dicitur. Sed haec nomina Maximi-
nus primis temporibus ipse prodidit;
postea vero ubi ad imperium venit,
occuli praecepit, ne utraque parte
barbaro genitus Imperator esse videretur.
II. Et in prima quidem pueritia
fuit pastor, nonnumquam prae-
qui latronibus insidiaretur et suos
ab incursionibus vindicaret. Prima sti-
pendia equestria huic fuere, erat enim
magnitudine corporis conspicuus, virtu-
te inter omnes milites clarus, forma
virili decorus, feris moribus, asper, superbus,
contemptor, saepe tamen iustus. Innotescendi
sub Severo Imperatore primum
haec fuit causa. Natali Getae, filii mi-
noris, Severus militares dabat ludos, pro-
positis praemiis argenteis, id est, armil-
lis, torquibus et balteolis, hic adolescens
et semibarbarus et vix adhuc Latinae
linguae, prope Thracica, Imperatorem pu-
blice petiit, ut sibi daret licentiam
contendendi cum iis, qui jam non me-

Ρωζαδι. Μαξιμῖνος Αὐτοκράτωρ: 173 μ.Χ.

12. . . . . et haec imperatore ipso praesente jam dicta sunt: sed cum Maximinus interrogaret, unde se, quod minimus semper dixisset, dictum est eique contrarii contraret, contra homines asperi scriptus, et ipse, ut esset Thrax et barbarus, crederetur. — Capitolini Julii Maximini duo.

ὁ ἴδιος αὐτ. σελ. 3-23.